



CONSID. RATIO I.

De Aeternitate DEI.

Hæc est 1. Mensura incomprehensibilis ejus Divinitatis. 2. Propriæ nostræ fragilitatis. 3. Nostræ pariter felicis aut infelicis æternitatis.

P. 1. **E**st mensura incomprehensibilis ejus Divinitatis. Vastissimum ingreditis oceanum, si perpendere cogites æternitatem Dei, abyssum scilicet sine fundo, mare sine littore aut termino, circumferentiam sine fine ac principio. Concipe, quidquid sæculorum concipere potes, initium hujus æternitatis nunquam attinges, cum esse aut vivere nunquam ceperit, cujus & essentia & existentia semper fuit. Uti nec intellectus Divinus, nec humanus in tota infinita serie temporis possibilis ullum inveniet, in quo verum sit: Deus non est, aut non erit: ita nec ullum, in quo vere pronuntiet: Deus non fuit. *A Sæculo & usque in Sæculum tu es Deus.*
Pl. 89. Creaturæ omnes certo, & a Deo præfinito tempore esse ceperunt: quarum aliqua

A 2.

fue

fuerunt, & modò non sunt; aliæ non fuerunt, & modo sunt; aliæ nec fuerunt, nec sunt, sed aliquando erunt. At Deus semper fuit, semper est, semper erit, aut potius nunquam fuit, nec erit: sed semper est, cum unico *nunc* sempiternam suam impleat durationem. Hinc illud Patris æterni ad Filium: *Ego hodie genui te*. Pl. 2. Neque enim in Deo aliud præteritum, aliud futurum, ut in creaturis, concipere licet: cum vita æterna Dei, ævumque ipsius interminabile idem sint, quod ipse. Adeoque nullum successionis ordinem in se admittant, sed quemadmodum ipse sua est essentia, ita quoque sua sit duratio, sua interminabilis vita. Hinc merito Jobus c. 10. *Nunquid sicut dies hominis dies tui, aut anni tui sicut humana sunt tempora?* Quæ scilicet se invicem trudent, ac pellunt, ut nunquam simul esse possint; & a se invicem per momenta, dies, & annos disjuncta sunt: ut aliud sit, aliud jam esse desierit; aliud necdum sit, sed postea futurum sit; nihil enim simile in æternitate Dei, cum quidquid Dei & in Deo est, necessario simplicissimum & indivisum sit; adeoque ex hodierno & crastino, sive ex partibus aut temporibus sibi succedentibus, semperque alternantibus ac deficientibus componi non possit. Ut proinde

æter-

æterni Dei
penam habi
dens omni
coactis
omnemque
aut disti
litate in se
æterni Dei
quamque ad
essentia Div
debeo in lin
nem: si eni
habere pote
nem sibi
adeoque tut
cum ut pote
se anteriore
ne, princip
per exitens,
per vivens,
rium, quo
nec ab alio
eadem ætern
essentia Dei
indigens aut
habeat, quid
quidquam po

æternitas Dei nihil aliud sit, quam unum per-
 petuum, stabile, & immotum *Nunc*, respon-
 dens omni ævo; momentum non divisum,
 coexistens omnibus temporum differentiis,
 omnemque rationem temporis Absque ulla
 aut distinctione aut successione, vel mutabi-
 litate in se uno continens ac concludens. O
 æternitas Dei mei, quam admiranda es in te,
 quamque admiranda mihi revelas in natura &
 essentia Divina! Ex te enim metiri possum &
 debeo infinitam In omnibus Dei magnitudi-
 nem: si enim æternus est Deus, ergo nullum
 habere potuit sui principium: non se ipsum;
 ut enim sibi daret esse, præexistere debuisset;
 adeoque fuisset ante se: non etiam alium;
 cum utpote æternus habere nullum potuerit
 se anteriorem. Est proinde essentia sine origi-
 ne, principium sine principio, essentia sem-
 per existens, & in se ipsa subsistens, vita sem-
 per vivens, atque ideo ens omnino necessa-
 rium, quod non potuit non esse; cum nec a se,
 nec ab alio solum esse accipere potuerit. Ex
 eadem æternitate pariter relucet, quomodo
 essentia Dei mei sibi sola sufficiat, nullo alio
 indigens aut indigere potens, cum ab æterno
 habeat, quidquid habet: a quo enim accipere
 quidquam potuisset, utpote ante omnia, quæ

extra ipsum sunt, semper existens. Inde pariter consequitur perfectissima ipsius ab omnibus independentia & infinitas tam essentiae, quam omnium Divinarum suarum perfectonum; cum tota aeternitate praecedens omnia, nihil agnoscere poterit, quod aut essentiam aut perfectiones, excellentiam ac magnitudinem, gloriam ac felicitatem ejus coarctaret, modum eis aut terminum statueret, ad certum eas numerum constringeret, determinatamque illis mensuram daret. Ut profunde sicut mensura aeternitatis immensa ac sine mensura est; hoc ipso, quod Deus aeternus esse cognoscitur, nullam aliam in essentia ac perfectionibus mensuram patitur, quam ipsa ejusdem aeternitas, adeoque mensuram sine mensura, scilicet infinitam. Oens infinitum ac interminabile *Rex saeculorum*: 1. ad Tim. 2. Non solum in te comprehendens omne aevum, sed & existens ante omne tempus: *Rex ante saecula* Ps. 73. *Vere antiquus dierum*. Dan. 7. cum vita tua immortalis nullam noverit originem, nullum ortum, uti nec occasum! Quid mirum, quod mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternae, quae praeterit? Ps. 89. cum in comparatione aeternitatis tuae infinitae minus sint, quam stilla siculae ad immensa

sem. mat. Quo
 bil. fia in comp
 dia ruz me. v
 quos tamen
 culum extend
 bens profunde
 non potius ad
 ae momentan
 mihi fui lie
 aquarum ad
 tura omnia
 fiat immobi
 & tecum bo
 Ah cur am
 quod sempe
 P. 2. Men
 nima mea. q
 Ubi eras an
 erat in toto
 te aut loquet
 ras, aut quis
 purumque n
 postquam in
 nitas te jam
 tua pauculis
 tegra aeterni
 vitam tuam

lum mare. Quod si autem tot anni instat nihil sint in conspectu tuo, quid erunt pauculi dies vitæ meæ velut in ictu oculi transeuntes, quos tamen tam perditæ amo, ut ad eos plusculum extendendos, sumptus & omnia lubens profundam? O vita mea æterna! cur non potius ad te suspiro, & vitam tam fluxam ac momentaneam despicio, ut tua æternitate mihi frui liceat? Transeunt dies vitæ meæ aquarum ad instar fluentium, & cum illis peritura omnia nunquam reditura. Tuum ævum stat immobile velut rupes in medio fluminis, & tecum bona omnia, quæ continet infinita. Ah cur amo quod transit, nec magis amo, quod semper permanebit? &c.

P. 2. *Mensura propria nostra fragilitatis.* Anima mea, quam longe alia vita tua a vita Dei? Ubi eras ante centum annos? Quodnam tui erat in toto terrarum orbe vestigium? quis de te aut loquebatur, aut cogitabat? Quem noveras, aut quis te noverat? Nonne eras purum putumque nihilum? Capisti tandem esse, postquam infinitas temporum, tota que æternitas te jam præcesserat? Durabit adhuc vita tua pauculis annis, ac desinet, iterumque integra æternitas, & sæcula sine fine mansura vitam tuam sequentur. Compara utramque

æternitatem, & dic amabo, quid vita tua inter
 utramque media fit relate ad totum hoc com-
 plexum utriusque æternitatis. Centum añni
 (si vita tua eo usque protraheretur) quam
 exigua adhuc portio temporis in comparatio-
 ne temporis tam immensi, cuius nec initium
 nec finem reperias. Ad hæc, si vitam tuam
 recte perpendis, quid ex tota illa annorum
 tuorum ferie, ex quibus componitur, tuum
 est, nisi unicum illud & individuum mo-
 mentum, quod tibi actu fuit? Reliqua om-
 nia aut præterierunt, & cum illis vita tua, aut
 sequentur, quin tua adhuc dum sint, & ad
 vitam tuam nunc pertineant. Hoc insuper ip-
 sum momentum, quod veluti tuum est, cheu
 quam sagax, quam præceptis, cum se hñs; ul-
 tra illud ipsum momentum, nec momento
 proxime sequenti conjungi patiatur, sed tan-
 tum non eodem temporis puncto sit, & eo-
 dem esse desinat? Vide quantum discrimen
 intercedat inter vitam illam immortalem Dei,
 tuamque brevi morituram, inter ipsius æter-
 nitatem semper stantem & immobilem, an-
 nosque tuos velocissime labentes, tandemque
 evanescentes. Sed hæc ipsa Dei æternitas col-
 lata cum tui duratione brevissima nonne ve-
 luti certam tibi præbet mensuram tui nihili

itaque in
 tam & in
 ad huc prim
 & ultimam
 quid esse me
 necessario en
 creatum, de
 omnibus im
 quando non
 debeat, ut
 quod non
 sit, ut sit
 ne, quæ ill
 id solus in
 nifestum fi
 prime & A
 esse, & on
 thori, &
 posse, qua
 habere prop
 esse, ex quo
 dicitur: pore
 sanitate,
 lum quanti
 qua ipse fir
 est; ac pro
 animam, vita

itaque infirmitatis? Si enim esse Dei æter-
 num & infinitum est, nonne pariter esse debet
 absolute primum, necessarium, independens
 & illimitatum: ac proinde e contrario quid-
 quid esse incipit, ac cum tempore transit,
 necessario ens imperfectum, contingens,
 creatum, dependens, indigens alio, & in
 omnibus limitatum? cum omne id, quod ali-
 quando non fuit, necessario al unde habere
 debeat, ut potius sit, quam non sit, (id enim,
 quod non est, quomodo sibi ipsi dare pote-
 rit, ut sit?) adeoque infinita indigeat poten-
 tia, quæ illud e tenebris & nihilo eruat, quod
 id solius infinitæ virtutis sit. Ex quibus ma-
 nifestum fit, te omnia debere Deo tanquam
 primæ & Archetypæ naturæ, principio omnis
 esse, & omnis vitæ rerumque omnium au-
 thori, & neque plus, neque minus habere
 posse, quam quod ipse tibi dedit, nihilque
 habere proprii, nisi solum nihilum sive non
 esse, ex quo virtute omnipotentia Divinæ pro-
 diisti: potentias internas & externas, vires,
 sanitatem, dona naturæ & gratiæ, in ea so-
 lum quantitate ac mensura a te possideri, in
 qua ipse singula definivit, tibi que ad mensus
 est; ac proinde te a Deo totum quoad corpus,
 animam, vitam & omnia omni momento ita

dependere, ut nihil magis dependere possit;
 omnia tua ita in manu ejus esse reposita, ut,
 hac sola subtracta, in antiquum nihil chaos
 relaberis, nullum tui relinquens vestigium.
 Amabo an tanta fragilitate quidquam fragi-
 lius? Nihil habere, insuper nihil posse, imo
 nihil esse nisi ex gratia alterius, nonne extre-
 ma indigentia & miseria est? eoque major,
 quo minus in his omnibus ab ipsomet Deo
 dispensari potest? Ut ut enim infinita sit illius
 potentia (cum non sit impossibile, apud De-
 um omne verbum) sicut tamen impedire non
 potest, quo minus natura nostra nihil simus,
 nec facere, ut non sit ipse Conditor & Domi-
 nus omnium; ita neque, quin semper & in
 omnibus a se dependeamus. Ad hæc: non-
 ne uti æternus est Deus, ita nihilum nostrum
 pariter æternum est; idque tam necessario,
 quam necessarium est, ut aliquando non fue-
 rit, quod incipit esse, sicuti necessario ali-
 quando fuit, quod esse desinit? ut proinde
 Deus nullus capax initii, tota æternitate ne-
 cessario te præcedere, tuumque nihilum ejus-
 dem æternitati coexistere debuerit. Vides
 qua ratione æternitas Dei mensura sit tui nihili
 & vicissim nihilum tuum commensuratum
 sit Divinae æternitati. Vides pariter quam
 pauci

p... ite prope
 immensitate &
 am Deo. Quanta
 hoc tempus
 tam id suum
 ger, quam ad
 proserendum
 telium, vani
 in hoc mun
 spinas in pa
 num & sine
 momenta
 cissent felici
 ditam tam
 dea cogit
 parabile ne
 quæque,
 es, velim
 tenturus p
 &c.
 P. 3. M
 æternitate
 maxime per
 mensura ip
 quam in fel
 demerenti
 ætis gloria

pauci ac prope nulli sunt dies tui comparati immensa huic & incomprehensibili æternitati Dei. Quanta proinde dementia, exiguum hoc tempus, quod tibi Deus concessit, non tam ad suum obsequium, quo minime indiget, quam ad propriam operandam salutem promerendamque æternitatem bonorum cælestium, vanis & ludicris consecrare; nihilque in hoc mundo colligere, quàm tribulos & spinas in pabulum ignis infernalis, quo æternum & sine fine cremeris. Ah mi Deus! Quot momenta jam perdidisti; quorum singula sufficissent felici æternitati comparandæ? Et juramentam tam immensam tam parvi feci, ut ne de ea cogitarim quidem; lucrum tam incomparabile neglexi, illique prætuli vanissima quæque, quibus tamen post paucos vitæ dies, velim, nolim, privabor, nihil ex iis reventurus præter tristem præteriti memoriam! &c.

P. 3. *Mensura nostra felicitatis aut infelicitatis.* Quod in æternitate Divina vel maxime perpendere debes, illud est; quod sit mensura ipsiusmet tuæ æternitatis, eheu! quam infelicitatis, si ad ignes infernales condemnareris, quam vero felicitatis, si cælesti doneris gloria! Quid enim ad felicitatem vel in-

felicitatem plus momenti addere potest ,
 quam alterius æternitas ? Tolle æternita-
 tem e celo, tolle eandem ex inferno, & calum
 infernum sustulisti ; Neque enim ibi erit ple-
 niitudo gaudii, nec hic malorum desperatio,
 quin potius beatos affliget finis gustata feli-
 citatis, damnatos contra solabitur finis sua-
 rum miseriarum. At esse in omnem æternita-
 tatem felicissimum, aut infelicissimum, quam
 diu nempe Deus erit Deus, ejusque perdura-
 bit infinita æternitas, quis intellectus com-
 prehendat ? Quis capiet illud *nanquam*, quod
 non terminabitur ? quis illud *semper*, quod
 sine fine durabit ? O Abyssus æternitatis, in
 quam tam cito ingredimur, quamque nun-
 quam egrediemur ! O centrum & extremum
 omnium bonorum, & malorum ! Tu sola es,
 quæ infinitatem & prosperis addis, & adver-
 sis ; ut licet sola fores, ipsa tamen tua infinita
 duratione & hæc & ista in immensum auge-
 res. Si membri unius dolor me ad diem affli-
 gat, quam grave videtur tormentum ? si per-
 geret affligere ad annum integrum, idque
 sine interruptione aut remissione, quam fie-
 ret intolerabile ? Quale ergo non foret, si du-
 raret æternum ? Ah si unius membri dolor
 æternum continuatus, infernus quidam sit,
 quid

quid erit omnium membrorum, ipsiusque animæ doloribus intensissimis æternum cruciari? Grave nobis accidit, vel ad tempus carere hujas vitæ solatiis, & his igitur omnibus, & simul caelestibus semper privari, insuperque extremis configi doloribus, ac diluvio malorum collo tenus immersum esse, idque sine remedio ac fine, nonne gravissimum ac plane erit intolerabile? Sed nunc quid post tolerata centies mille millionibus annorum supplicia partem saltem aliquam infelicitatis æternitatis absolvisset? Ah quid partem dico? Verum quidem tunc foret, te spatio tam terribili victimam semper fuisse infernalium pœnarum, quin tamen idcirco æternitati tuæ vel apex detractus esset. Integra, integra tibi restaret pœnarum æternitas: quotquot enim milliones annorum eidem subtraxeris, nihil æternitati tuæ decerpisti. Videre potes ejus ingressum & progressum, sed egressum nunquã experiri ejus infelicissimum initium, sed nunquam finem. O æternitas! Quàm incomprehensibilis es; quis te capiet? Et tamen post pauculos annos, forte dies, tu me capies, tu me comprehendes, tamque arcto tenebis complexu, ut nunquam me dimittas, nunquam me finas a te avelli. Tu me totum tenebis,

his, quin ego te totam unquam teneam.
 Pondus tuum immensum totum quidem semper sentiam, quin tamen me unquam obtritura sis, semper victum, ut semper a te premar, & opprimar. Ah cum omni momento stem in periculossimo vestibulo domus meae aeternae, inter utramque aeternitatem felicem nempe & infelicem medius; qui fieri potest, ut de ea aut nunquam aut raro cogitem? quasi mea non referat, quid mecum aeternum futurum sit. Si in usque praesentia spectant, vel de crastino sollicitus sim, cur non mente ingredior, aeternas illas mansiones, quarum alterutra, quam vivendo elegero, mihi praeparata est? Cur non scrutor ac persequor semitas infinitas utriusque illius aeternitatis, ut intelligam, quanta sit utriusque, latitudo, longitudo, profunditas? Itane tanto in periculo mei securus vivere audeo, cum sciam me ab aeternitate solo luteo corporis mei pariete dividi, quem omni hora mors inopina perfringere potest? Nonne tandem tempus est, ut oculos aperiarn, & intuear praecipitium illud, in cuius margine ambulo? An ex profundo illo somno meo tunc primum evigilabo, cum apertis jam ostiis aeternitatis nolens, volens, in eam ingredi

gredi compellat? Ah Deus meus! da mihi hanc gratiam, ut annos illos æternos semper in mente habeam, in omnibus actionibus, in omnibus occasionibus hi obversentur oculis meis, ne ab infelici æternitate præventus, recordiam & cæcitatem meam æternum deplorem. &c.

CONSIDERATIO II.

De Justitia DEI.

Hæc 1. justis erit jucundissima 2. impiis
terribilissima. 3. Deo gloriosissima.

P. 1. *Hæc justis erit jucundissima.* Et si Divina justitia ab orbe condito in Angelis non minus, quam hominibus semper se ostenderit, videtur tamen diem illum supremum, quo judicandus est orbis terrarum, sibi specialiter delegisse, ut tunc in Valle Josaphat velut in publico theatro gloriam suam & triumphum mundo declararet: maximus enim hic & celeberrimus totius orbis confessus, cui similem nulla vidit ætas, quid aliud erit, quam testimonium publicum, quod tam Angeli, quam homines dabunt supremo judici, uno ore contestantes: *Justus es Domine, & rectum judicium tuum.* Ps. 118. At ut ut gloriam Deo dare cogantur omnes in die illa, ejusque supre-

mae